



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Synod. Diœces. II.

in lucē prodierit; eoq; edito ipsius Summi Pontificis literis interdictum sit, nē reliqua, qualia sint Breuiaria, que diuinis ab hiac annis in usum & consuetudinem introducta sunt, ad diuinam officia in posterum adhibeantur; illudque in primis abrogatum sit, quod à Francisco Quignonio tit. Sanctæ Crucis in Ierusalem presbytero Cardinale conscriptum fuit: nos propterea ut & exequamur quod ab ipso Sanctissimo Pontifice pie sanctitati est, & antiquos in canonis horis & diuinis officijs nostræ Mediolanensis Ecclesiæ ritus, totamque ipsam Ambrosiani Breuiarij rationem consideremus; illud vniuersis & singulis ijs clericis qui Ambrosiano more diuinam officia obire debent; vel quia ecclesiastica beneficia obtinent, in quibus hoc ipsum ritu moreq; illa dicuntur; vel quia ipsi adiuti sunt Ecclesijs eodem Ambrosiano rito vtentibus; vel quia sacris ordinibus initiati, in huius urbis aut diœcesis clero adscripti sunt: ijs edicimus atque iubemus, vtne ad illius Quignoniani, sed ad ipsius Ambrosiani Breuiarij prescriptum canonicas horas & diuinam officia deinceps præsent. Quod si secus ab eis factum erit; eas poenas illos subire decernimus, que Lateranensi Concilio a Leone X. Pontifice Max. & Provinciali nostra Synodo cōtra clericos constitutæ sunt, qui canonicas horas intermitunt.

Stell. 9 cap. 9
provincie. 1.
par. 2. de cā.
horis nō in
termitt pag.
39.

Vt verò in illis vna eademq; certissima prescripta ratio seruetur; illi ipsi omnes & singuli octo ad summum post diem Natalem Domini diebus Calendariū habeant, quod anno sequenti accō modarum, nostraque auctoritate consestum, quotannis in lucem emitteret.

Nē in secularibus vllis Ecclesijs, etiā si clericatus capellæ sine, qua vel ad ius patronatus, vel ad sodalitatem aliquam pertineant, aut oratoria item sine fine publica sine priuata, liceat (nisi facultate scripto à nobis data, quam nulla alia nisi graui causa concedemus) alio ritu quam Ambrosiano Missam aliave diuinam officia dici: modò tamen parochiales Ecclesijs non sint, que intra suos fines capellas, clericatus, oratoriavē habent; in hisq; ipsis ex veteri illarū instituto diuinam officia celebrent alio ritu.

Decretum. VI.

QVIBVS in Ecclesijs Missæ com- plures celebrantur; earum Rectores la- cristave libro confecto sacerdotum in eisdem concessu nostro celebrantium no- mina describant, notato etiam nostrorum literarum die, quarum auctoritate id illis permisum sit. Confecto autem sex mensium spatio postquam illæ lite- ræ datae sunt, ne celebrare illos patian- tur, qui eius rei facultatem non renoua- terint.

Vtq; facile cognosci liceat, an sacer- dotes qui in ipsis Ecclesijs Missas certo quodam præscripto numero celebrare debent, hoc ipsum munus omnino præ- sent; ob ea causam, præter cetera quæ in huius rei diligentia pleriq; in Eccle- sijs præscriptissimus, ipsi etiam Ecclesijs Rectores, aliijve ad quos hoc sane spe- ciat, librum alterum conficiant, curenq; ut in eo ipsis præsentibus eiusmodi sacer- dotes, cum ab altari redierint, manu sua, & diem quo in illis celebrarint, & no- men suum notent.

Si quis verò eas Missas celebrare ne- glexerint prætermiserintve; eorum no- mina idem, qui in urbe sunt, ad nos; qui verò in diœcesis, ad Vicarium Foraneum cui quisque eorum subiectus est, completo mensis tribus post diebus ad summum mensis proximè inveniuntur deferant, ut ne- ligentes sue debitas poenas luant.

Quod si Rectores, Sacristæ, aliijve ad quos hoc pertinet, in eo negligentes fuerint, quod eo ipso præscripto tempore ta- les non detulerint; mulcentur his sum- ptibus, qui satis erunt ad eleemosinam sacerdotibus totidem Missas celebrantib- us distribuendam; quod si sacerdo- tes, quorū hoc celebrationis munus in- tererat, celebrare prætermiserint.

Si verò in alijs ipsis rebus quas supra ex- diximus, ullam negligentiam admis- sient; poena mulcentur arbitratu nostro.

Decretum. VII.

QVIBVS in Ecclesijs, vel quia cer- ti dies festi aguntur, vel quia indulgen- tie indictæ sunt, vel alia de causa Missæ complures celebrantur, quā alij solent die- bus; tune in ijs ob Missæ celebrationem ne sacerdoti cuiquā eleemosinas flagita- re accipere liceat, eam si ei ipse illo

Eleemosinae
pro missarū
celebratio-
ne oblate
quo pacio
distribue-
dx.

A 4 nomi